

Sermo

osculi gratia et agnitionis luce et deuotionis pinguedine. Est quippe spiritus sapientie et intellectus. qui instar apis ceram portans et mel habet omnino: et vnde accedat lumen scientie et vnde infundat saporem gratie. Neut ergo se osculum percipisse putet: siue quod veritatem intelligit nec diligit. siue quod diligit nec intelligit. Sane in osculo isto nec error locum habet nec tepor. Quia obrem gemie gratie sacrosancti osculi suscipiende patet et regione duo labia sua que sponsa est: intelligentie rationem. sapientie voluntate. et de pleno osculo gloriam mereat audire. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Itaque pater filium osculans plenissime illi archana sue diuinitatis eructat et spirat inuicem amoris: scriptura hoc significat: cum ait Dies diei eructat et bum. Qui sane sempiterno singularitatis beato complexu nulli omnino ut iam dictum est creature interesse donat. solo vtriusque spiritu teste ac consilio mutue agnitionis et dilectionis. Quis enim cognouit sensum domini: aut quis consiliarius eius fuit? Sed dicat mihi fortasse aliquis. Tibi ergo vnde innotuit quod nulli fateris cognitum creature? Profecto vnigenitus qui est in sinu patris ipse enarravit. Enarravit (dicit) non mihi misero et indigno. sed plane Johi amico sponsi. cur? hec verba sunt. Non solum autem: sed et Iohanni euangeliste vtriusque discipulo quem diligebat Iesus. Placita enim fuit deo et aia illius digna posuit noie et dote sponsae. digna sponsi amplectibus. digna denique que recuberet super peccata domini. Haurit Iohannes de sinu vnigeniti: quod de paterno hauserat ille. Nec solus ipse tamens: sed et omnes quibus isdem aiebat magni consilij angelus. Vos dixi amicos. quod omnia quecumque audiui a patre meo nota feci vobis. Haurit et paulus. cur? euangelium non est ab homine neque ab homine illud accipitur: sed per reuelationem Iesu christi. Profecto hi omnes tam feliciter quam veraciter dicere possunt Vnigenitus qui erat in sinu patris ipse enarravit nobis. Et illa enarratio quod eis nisi osculum fuit? Sed osculum de osculo et non de ore. Audi siquidem osculum de ore. Ego et pater vnus sum. Item. Ego in patre et pater in me est. Osculum est ore ad os sumptum: sed ne mo appropriat. Osculum plane dilectionis et pacis. sed dilectio illa supeminet omni scientie. et patet illa omnem sensum exsuperat. Veritas

men quod oculum non vidit: nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit paulo reuelavit deus per spiritum suum. hoc est: per osculum oris sui. Igitur filium in patre et patrem esse in filio osculum de ore est. Quod autem legitur: non enim accepimus spiritum huius mundi: sed spiritum qui ex deo est. ut sciamus que a deo donata sunt nobis. osculum sane de osculo est. Et ut aperti? aliter utrum distinguam? qui plenitudine capit: osculum de ore sumit. Qui pro de plenitudine: osculum de osculo recipit. Magna quidem paulus. sed quantumlibet sursum porrigat os: etiam si se versus ad tertium celum extendat circa os altissimi tamen necesse est ut remaneat: et modo suo contentus in se subsistat. et cum peringere ad vultus glorie non valebit commo descendit sibi et ex alto transmitti osculum humiliter petat. Qui pro non rapinam arbitratum esse se equale deo. ita ut audeat dicere. Ego et pater vnus sum. qui ex equo coniungitur: ex equo complexus. non osculum de loco inferiori mediat. sed pari celsitudine osori pertingit: et singulari progatina osculans de ore sumit. Huiusmodi igitur osculum est plenitudo. Paulo participatio. ut cum ille de ore. iste tantum de osculo osculatus se gloriatur. Felix tamen osculum per quod non solum agnoscitur deus: sed et diligitur pater quem nequaquam plene cognoscitur: nisi cum perfecte diligitur. Quei vobis anima sensit aliquando in secreto scientie sue spiritum filij clamantem abba pater: ipsa ipsa paterno se diligenti presumat affectu. quod eodem spiritu quo et filius affectu sentit. Confide quod etiam es illa. confide nihil desitans. In spiritu filij filiam cognosce te patris: sponsam filij et sororem. Utroque vocabulo ea que huiusmodi est inuenies appellari. Ad magnum est vnde id probetur: non multum laborabo. Utroque sponsi est ad ipsam. Veni in ortum meum soror mea sponsa. Soror siquidem est. quia ex vno patre. Sponsa quod in vno spiritu. Nam si carnale matrimonium constituit duos in carne vna. cur non magis spiritualis copula duos os coniungit in vno spiritu? Denique quod adheret deo: vnus spiritus est. Sed audi etiam de patre quod amatem quod dignatem et filiam eam nominat et nihilominus tantum nurum propriam ad filij blandos inuicem amplectur. Audi inquit filia et vide et inclina aurem tuam: et obliuiscere populum tuum et domum patris tui. et comouiscet te decorum tuum. Ecce a quo ista flagitat osculum. Sancta aia reuerentiam habe